



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 22. Pontificis Mandata Legatis data.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

tinopolim Legatos mitteret. (*) Itaque Hormisdas, postquam hac super re in aliquo Concilio fuisset deliberatum, Ennodium Episcopum Ticinensem, editis libris celebrem, alium Episcopum, cui nomen Fortunatus, Venantium Presbyterum, Vitalem Diaconum, & Hilarum Notarium in Græciam delegavit. His Papa mandata dedit, quorum initium hujusmodi est.

Sæculum VI.
A.C. 515.

Lib. Pont. in
Hormisd.

Theoph. an.
23. p. 137.

§. XXII.

Pontificis Mandata Legatis data.

Ubi in Græciam pervenietis, si Episcopi vobis obviam processerint, eos decenti humanitate excipite. Si vobis Diversorium præparaverint, non recusate, ne Laicis videamini Pacem non quærere. Si ad mensam vos invitaverint, honestam excusationem afferte dicentes: Orate Deum, Fratres! ut ante omnia alia in Mensa Mystica communicemus, & tunc demum in convivio communi sincere lætabimur. Alia si obtulerint, nolite accipere, nisi vebicula, si fuerit necessarium. Dicite, vobis nihil deesse, & sperare vos, etiam corda ipsorum lucraturos. Postquam urbem

p. 1426

S 2

bem

(*) Wie hat unser deutsche Uebersetzer können hinschreiben die Morgenländer hätten sich um die Hoheit des Römischen Bischoffes nicht bekümmert?

Sæculum VI. A. C. 515. *bem Constantinopolim ingressi fueritis, illo, quo Imperator jussèrit, divertite, & antequam in conspectum Principis admissi fueritis, neminem recipite, nisi quos ad concordiam reducendam zelosissimos sciveritis, caute tamen, & ut discatis, quæ rerum sit facies.*

Dum in conspectu Imperatoris fueritis, reddite Epistolas nostras, & dicite: Pater tuus tibi Salutem dicit. Orat Deum quotidie, ut prosperum sit Regnum tuum, per SS. Petri, & Pauli intercessionem. Orat, ut Deus, qui tibi desiderium S. Sedem consulendi ad pacandam Ecclesiam dedit, etiam tribuat voluntatem perfectam. De nulla re sermonem inchoabitis, priusquam Epistolas vestras acceperit. Et postquam lectæ fuerint, subjungite: Papa etiam litteras dedit ad Famulum tuum Vitalianum, qui Legatos ad ipsum cum bona tua venia, ut scripsit, miserat. Jussit vero Papa, ut Epistolas, quas ad eum habemus, ipsi, nisi licentiam feceris, non reddamus. Si Imperator litteras, quas ad Vitalianum damus, sibi tradi petierit, respondebitis: Id Papa nobis non præcepit. Ut tamen litterarum istarum sinceritatem cognoscas, sciasque, nullâ alia causa scriptas, quam ut permoveris ad pacem Ecclesiæ concedendam, da nobis quosquam, quibus præsentibus prælegamus. Si Imperator dicat; forte & alia

alia, & arcana vobis sunt mandata. Re-
 spondebitis: *Istud avertat Deus, non ha-*
 bemus, non sunt hi mores nostri. *Veni-*
 mus, ut causam Dei agamus, absit, ut
 eum offendamus! simplex est Papæ inten-
 tio, nil aliud quærit, nil optat, quam ne
 Patrum Constitutiones corrumpantur, sed
 Hæretici ex Ecclesia ejiciantur. *Am-*
 plius bis nihil in mandatis habemus.

Si Imperator dicat: ideo Papam ad
 Concilium invitavi, ut si quæ difficultas
 existat, terminetur. Respondebitis:
 Hinc Gratias Deo agimus. Optimum
 vero Remedium, quo Ecclesiarum concor-
 dia reducatur, erit, si ea observes, quæ
 Antecessores tui Marcianus, & Leo obser-
 varunt. Si interroget, quænam ea sint.
 Dicetis: Si Concilium Calcedonense, &
 Epistola S. Leonis Papæ non impugnentur.
 Si dicat: Concilium Calcedonense, & E-
 pistolas Leonis Papæ recipimus. Gratias
 agetis Principi, & pectus ipsius osculabi-
 mini, dicentes: Nunc experimur, Deum
 tibi esse propitium. Hæc est Fides Ca-
 tholica, sine qua orthodoxus esse nemo pot-
 est. Si dicat: Episcopi Catholici sunt,
 & a Patrum Regulis non defleunt. Re-
 spondebitis: Unde ergo in Ecclesiis ha-
 rum Provinciarum tanta Dissensio? Si
 dicat: In pace vivebant Episcopi, Papæ
 Antecessoris litteræ quietem turbaverunt.
 Dicetis: Epistolæ Symmachi in manibus

Legatorum
 Pontificio-
 rum Man-
 data.

Sæculum VI. nostris sunt. A. C. 515. *Si in illis nihil aliud con-*
tinetur, quam talia, quæ, ut dicitis, vo-
bis placent, Concilium Calcedonense, S.
Leonis Epistola, & exhortationes ut huic
Doctrinæ inbæreamus, quid illud est, quod
in Symmachi litteris reprehendi possit?
His verbis preces addetis, & lacrymas
viriles, dicentes: Auguste! Deum cogita,
Judicium ejus ante oculos tuos sit! Pa-
tres, qui hæc Decreta condiderunt, secuti
sunt S. Petri Fidem, supra quam ædificata
est Ecclesia.

Si Imperator dicat: Ergo communi-
cate mecum, quia Concilium Calcedonense
& Epistolas Leonis Papæ recipio. Re-
spondebitis: Hanc mentem tuam summo
gaudio percipimus, rogamusque, ut Schis-
ma Ecclesiarum tollas. Jam omnes E-
piscopi sciant, quid sentias, sciant te Con-
cilium, & Epistolas Leonis recipere. Si
querat, quo ordine ista executioni danda.
Respondebitis humillime: Papa ad Epis-
copos universos scripsit. Funge Episto-
las tuas, profiteri, te ea credere, & defen-
dere, quæ Sedes Apostolica docet. Tunc
profecto qui Orthodoxi sint, qui non sint,
patebit. His conditionibus venturus est
Papa, si fuerit necessarium, & nihil, quod
ad reconciliandas Ecclesias utile sit, recu-
sabit. Si Imperator dicat: bene habet!
interim Episcopum hujus Civitatis reci-
pite. Respondebitis submissè: Auguste!
 de

de duobus viris hic agitur, (nempe Ma-
 cedonio, & Timotheo) *privata est hæc* Sæculum VI.
A.C. 515.

*Causa. Prius universalis Episcoporum
 causa decidenda est, & inter omnes Com-
 munitio restituenda, tunc melius istorum
 Causa, aut aliorum, qui extra suas Eccle-
 sias sunt, tractabitur. Si Imperator di-
 cat: Hæc Macedonium tangunt. Intel-
 ligo astutiam vestram. Hæreticus est, &
 nulla ratione fieri potest, ut revocetur.
 Respondebitis: Neminem nominamus, sed
 ea afferimus, quæ & tuæ Conscientiæ, &
 Famae profint, ut, si Macedonius Hæreti-
 cus est, id omnes sciant, & nemo dicat,
 injuste fuisse oppressum.*

*Si Imperator dicat: Episcopus hujus
 urbis Concilium Calcedonense, & Episto-
 las Leonis Papæ recipit. Respondebitis:
 Eo melior ipsius Causa erit. Quia vero
 dedisti Vitaliano licentiam, ut, quæ ipsum
 respiciunt, coram Papa examinentur, illa
 relinquenda sunt integra. Si Imperator
 dicat: Num urbs mea sine Episcopo erit?
 Respondebitis: Plura dantur Remedia,
 quibus fiet, ut Communionem non careas,
 & Judiciorum Forma servetur. Inte-
 rim aliorum Episcoporum Causa suspendi
 potest, quo tempore Episcopi Constanti-
 nopolitani locum tenebit talis, qui Tuæ
 Fidei Confessione, & S. Sedis Decretis
 consentiat.*

Sæculum VI. Deinde in Mandatis ista sequuntur:

A. C. 515. *Si vobis Libelli offerantur contra Episcopos alios, præsertim illos, qui Concilium*

p. 1429.

Mandata
Pontificis.

Calcedonense anathematizant, & S. Leonis Epistolas rejiciunt; accipite libellos, sed Causam S. Sedis Judicio reservate. Si Imperator omnia facturum se promittat, ea conditione, ut ipsi veniamus, absolute necessarium est, ut prius Epistola ipsius in Provincias mittatur, & aliquis ex vestris ab ipso missum comitetur, atque hoc modo omnes intelligant, Imperatorem Concilium Calcedonense, & S. Leonis Epistolas recipere. Tunc scribetis, ut veniamus. Præterea mos est, omnes Episcopos ab Episcopo Constantinopolitano ad Imperatoris conspectum deduci. Si hujus Consuetudinis obtentu cogere vos velint ad colloquendum Timotheo, idque prævidere possitis, dicetis: Mandata Papæ nobis præcipiunt, ut Tuæ Clementiæ loquamur sine ullo Episcopo, & constanter recusabitis, donec huic consuetudini renunciaret. Si Imperator nolit, aut si industria utantur, & improvise vobiscum Timotheus coram Imperatore adsit. Dicetis: Rogamus, ut Pietas tua privatim nos audiat, & sic Mandata nostra exponamus. Si jubeat, coram Timotheo loqui, Respondebitis: Nolumus ipsum offendere, sed habemus Mandata, quæ ipsum tangunt, & coram ipso loqui non possumus. Denique Timotheo

motheo præsente nihil omnino in medium afferte. Sæculum VI.
A. C. 515.

Hæc sunt Mandata, quæ Hormisdas Papa suis Legatis dedit, & ex quibus elucet Prudentia, & Charitas. Antiquissimum omnium istud est, quod ad nos usque pervenerit, hujus generis Monumentum. Ceterum nemo miretur, Papam futuras quæstiones, & responsiones Imperatoris tam exacte divinasse, nam eas ex sermonibus Patricii ab Anastasio missi, & a Vitaliani Legatis didicisse poterat. Post hanc Instructionem leguntur aliqui Articuli, in quibus quasi summa totius Legationis continetur, & subjungitur; Episcopos, qui Ecclesiæ reconciliari voluerint, in Ecclesia audiente populo debere profiteri, quod Fidem Calcedonensem, & S. Leonis Epistolas recipiant, atque Nestorio, Eutychi, Dioscoro & Sectatoribus eorum Timotheo Eluro, Petro, iisque, qui in eadem causa damnati sunt, adversentur. Insuper Acacium Constantinopolitanum Petrum Antiochenum & Affeclas ipsorum anathematizent. Hæc scribant manu sua præsentibus testibus electis secundum formulam ex Tabulis Ecclesiæ Romanæ productam, quam Hilarius Notarius defert. Illos, qui Ecclesiis suis expulsi fuissent, si cum Sacra Sede communicassent, ante omnia esse revocandos. Papa Le-

S 5

gatis

Sæculum VI. gatis suis Epistolam ferendam commisit
 A. C. 515. ad Imperatorem datam, quæ paucis con-
 tinet easdem conditiones, quibus Eccle-
 siæ ad concordiam redeant, offertque
 ep. 5. Papa se ipsum ad celebrandum Conci-
 lium profecturum, ut tantum Bonum
 præstaret, quamvis Res ista sine exem-
 plo esset. Hæc Epistola eodem anno
 515. 11ma Aug. data.

§. XXIII.

Anastasi Imperatoris Versutia.

p. 1432.

Anastasius Imperator, ut moras trahe-
 ret, Papæ Legatos dimisit cum Epi-
 stola, in qua profitetur, se Nestorium, &
 Eutychem damnare, atque Concilium
 Calcedonense recipere. Ubi vero de
 Acacio agitur, durum nimis ipsi videtur,
 vivos Ecclesia expellere propter mortuos,
 cum præterea sciret, id sine cædibus ef-
 fici non posse. Addit, omnia melius in
 Concilio componenda, seque Legatos
 missurum, qui Papæ voluntatis suæ pu-
 ritatem demonstrarent.

Ep ad Avit.
 p. 1446.

Ennodio promiserat, Episcopos se
 missurum, sed misit Laicos tanquam ad
 negotium minoris momenti expediend-
 dum, nempe Theopompum Comitem
 Domesticorum, id est, Prætorianorum
 Ducem, & Severianum Comitem Con-
 sistorii, id est, Imperatori a Consiliis pu-
 blicis. Nec eos prius misit, quam me-
 dia